



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

9. Fallentia,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

beratione & ex improviso, non erit excommunicata, arg.  
eorum quæ no. per glo. 23 qu. 1. & in alleg. cap. significa-  
sti Io. 2. de homici. idem Clava. ubi supra. §. 12.

## 7. Fallentia.

Septimo fallit in omnibus illis casibus in quibus  
Clericus perdit privilegium Clericale, de quibus satis  
dixi in fallentijs primæ regulæ, & ibi vide.

## 8. Fallentia.

Octavo fallit in percutiente Clericum & probabi-  
liter ignorante de Clericatu: quia talis excommunica-  
tionem non incurrit. cap. si vero 2. de sentent. excommu-  
nicationis ut cum credebat eum esse laicum, quia non defere-  
bat habitum, vel si habebat, non videbat, quia erat  
de nocte, nam secundum Innocen. & Hostien. in alle.  
cap. si vero. & cap. cum non ab homine de juri. oportet  
ad hoc, ut sit excommunicatus, quod intendat percu-  
tere Clericum. Si autem non deferebat habitum & ton-  
suram Clericalem, sed sciebat eum esse Clericum, erit  
excommunicatus, & si credebat eum esse Clericum,  
cum non esset, non erit excommunicatus gl. Inno. &  
in alle, cap. si vero. idem Clavas. in versi. excom. 5. §. 24.

21

## 9. Fallentia,

Nono fallit in invasore sedis Apostolicæ, qui pē-  
cunia, vel gratia humana, vel populari seu militari tu-  
multu, sine canonica & concordi electione Cardina-  
lium, se fecerit in Apostolica sede intronizari: quia li-  
citem est Laicis talem inde pellere, ut in cap. si quis pe-  
cunia. 79 distinet. & gloss. in cap. principes seculi. 23 qu.  
5.

22

336 DE POTESTATE SECUL.

5. ubi gloss. dicit idem, cum Clerici volunt fidem subvertere. 8. *distinet. cap. quo jure 17 distinet. cap. nec licet 23 qu. 5. cap. 1.* Et idem cum Clerici schisma faciunt, & dum contemnunt excommunicationem, ut *in cap. de liguribus. ea cau. & qu.* Et ubicunque Ecclesiastica potestas deficit *in d. cap. princeps & in cap. ut falso. de senten. excommuni cat.*

IO Fallentia.

Decimo fallit in casu *cap. ubi majus periculum. de elec. libr. 6.* ubi officiales Laici habent facultatem in Clericos, videlicet in Cardinales, & posunt auctoritate illius capitis ipsos includere juxta formam ibidem positam pro electione futuri Romani Pontificis.

II Fallentia.

Undecimo fallit ubicunque percutiendo Clericum quis non peccat mortaliter, sicut in pueri qui non est doli capax, qui percutiendo non incidit, *ut in cap. 1. de sentent. excommunicat.* Et idem de fugiente inimicos, si equum velensem à Clerico violenter eripiat ut se defendat, quia hic cessat dolus, per consequens peccatum mortale, & excommunicatio non fertur nisi pro mortali, *11 qu. 3. cap. nemo Episcoporum. & sic non erit excommunicatus. Clava. post Pet. de Perusio. in summa, verbo excommunicatio. 5. §. 25.*

Fallenria. 12.

Duodecimo fallit, ubi Laici capiunt Clericum de licentia vel mandato Praelati sui ad fines remittendi quia tales non sunt excommunicati, *ut in cap. ut fa-*